



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

1. Diversæ ad æternitatem cogitandam admonitiunculæ.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Consideratio IV. de Aeternitate.

II

I. Diverse ad aeternitatem cogitandam admonitiones.

Philippus Rex Macedo, per nobile Ephebum quovis mane ter sibi dici iussit: PHILIPPE HOMO ES, suae mortalitatis nunquam oblivisci voluit, quo cautius ageret inter mortales. Censeo ego, nullum debere esse Christiani & Catholici sanguinis hominem, qui non suis ipse quotidianus sit monitor, dicatque sibi consideratius ter minimi; AETERNVM, AETERNVM, AETERNVM. Quare, dispon domui tuae, quia morieris tu, ait Ezechia regi Propheta, & non vires. Erit vespere cojus tu posterum mane visurus non sis, aut erit mane, cuius non sis habiturus sequentem vespere. Ita ergo turba negotia perage, ne ladas conscientiam; ea te rebus peripris crede, ne per eas pereas, perdasque aeterna.

Mos est in Germania & bonus, ut cum sub crepusculum lumen inferatur conclavi, simul etiam addatur Christianum illud: Deus det nobis lucem aeternam. In templis ante sanctissimum Eucharistiae sacramentum, perpetui luminis lampas excubat, nuntiatrix adesse LUMEN GENTIVM, & luminis conditorem. Quid haec nisi admonitione ad cogitandam aeternitatem? Est etiam aliqua in carceribus aeternitas, sed infamis & horribilis, ad perpetuas tristes, ad perpetuos carceres damnari grave supplicium est, & multis ipsa mortis videtur. Morbis aliisque arumnis pressi, quandam itidem sibi aeternitatem imaginantur, unde & voces illas audimus sapientis: Nempe hoc aliud est? scilicet aeternum affligit lecto? perpetui dolores isti toletant? Itane semper vexabor & cruciabor? aeternitates istae breves sunt, & suo fine clauduntur.

Sed ad carceres redeo eosque perpetuos, quos multi sponte & ultro ingrediuntur, & omnem illic vitam volentes consumunt. Atque hi religiosi sunt viri feminaeque, quibus non est difficile Dei causam aeternam mundo valedicere, & sacris se ergastulis mancipare. Monasterium est Bavariae, quod ab S. Alcone nomen trahit, & in duas classes virorum & feminarum divisum, ut sic distinctum & duplex cenobium illud Constanti-nopolitanum, de quo antea, fere aequae, in continuis diu nocturne decantandis Dei laudibus. Hic ergo moris est, cum virgo sacrum velamen in templo accipit, & Christo in sponsam initiatur; finitis publice factis omnibus, nova Christi nupta in monasterium deducitur per sacra; praestit illam quatuor e monialibus, & laudabili caeremonia feretrum praefertunt; ingressis omnibus sacris virginibus, fores clauduntur & oblerantur, perinde profus ac si novae Christi sponsae diceretur: Vide, mea Virgo, ut quod jam incipis, rite constanterque perficias. Cogita te nunc viam hanc ingredi, non regressuram nisi mortuam. Mundus & quidquid est mundi, delectandum tibi est, & nec cogitationibus quidem illic amplius revertendum, tuus tibi Christus sit omnia. Et en per hanc januam transis in domum Obedientiae, nec redibis per hanc, nisi in hoc quod vides, feretro, cum ultimum iter facies ad sepulchrum, super humeros tuarum sororum; ad caelum tibi via semper aperta est, in hac licet expiari & excurrere, non ad mundum, non in patriam, non in paternam domum, vivam enim te jam sepelinus, & tu ipsa tuas is exequias. Hoc multis ex spectantibus lugubre videtur & maestum spectaculum. Hem, inquiunt, aeterna cavea sic includi, uno semper loco delitescere, omnem ad parentes reditum esse praclusum, voluptatibus procul degere, ante mortem sic sepeliri? horremus nos; praecant alii atque alie, non sequimur. At dicite vos, quales, Mundi alumnuli, est quod ex vobis sciscitetur Ilias vates: Quis ex vobis poterit habitare cum ardentibus sempiternis? Illud vobis videtur intolerabile pauculis annis ad vitam sanctam ducendam, ad caelum citius & certius obtinendum, ad beatam in caelo Aeternitatem promerendam, ad aspectum Dei aeternum assequen-

Adum inteludat, tam tamen ii qui religiosae castaeque vivunt, sinceris gaudiis percipiant, quam qui quotidianis delectis & voluptatibus abundante, & dissolunt. At dicite vos etiam, nam quid damnatis sardapila praefertur; quae significet, illos jam ablegari ad rogos, & ignis supplicium, sed post aliquot annorum centurias, mortuos inferro efferendos, o quam operata haec esset & mitis sententia. At, expectant mortem & non venit. Mille & mille atque iterum mille annis expectabunt, sed necdum veniet; ipsi tamen expectant, et si sciunt se frustra expectare. Quisquis caelum & te ipsum amat, mature An nos AETERNOS in mente habeat.

De non abstulim monasterio, si ingressus spectetur, narrat Rufinus, Aquilejensis: Apud Thebaidem, inquit, Isidori monasterium tam amplum quam nominatum est, laxissimis aeternis septum, hortis, puteis, & omnibus ad vitam usum necessariis liberaliter instructum, ne ulla cuiquam antea datur, vel causa cogitandi excusaret. Haec enim cenobii lex est immobilitas, ut quia quis semel pedem intulit, hanc nunquam efferat amplius. Ad caelum & ad sepulchrum solum, non aliud egressus patebat. Et mirum videatur, inquit Rufinus, quod hac lege ingressos, non legis necessitas, sed ipsius vitae beatitudo retineat. Opus eorum omne est, precari, Deum laudare, religiosus studii navare operam: quae omnia ea obeunt industria, vitaeque sanctimoniam, ut multi inter eos thauraturgia & qui parandorum miraculorum gratia polleant. Ea vero vivunt temperantia & singulari Inter reli-vitae praerogativa, & nullus inter eos in morbus sit nisi giosos nul-ultimus, hoc est ipsa mors, quae omnium ubique clau-strorum seras vinctusque convellit, nec se ullis quan-tumvis ferratis ostiis sine excludi. Et nunquid hoc etiam monasterium, aliquam Aeternitatis umbram pre-se tulit? Sed progrediamur.

II. Aeternitas omnes Arithmeticae numeros & leges transiit.

Communis & notissima proponi solet circa Aeternitatem Arithmetica, quam infantes in scholis do-centur, & haec est, sit mos, ajunt, e minutissimis arenulis, instat totius terrarum orbis, aut mole & magni-tudine illo major, singulis vero annis non nisi granu-lum unicum dematur ab Angelo: quot annorum mil-lia, & iterum millia, & denuo millia; quot centena mil-lia; imò quot millia millionum aliquot, donec mons subsidere appareat & decreverit? sedeat jam Arithme-tices magister, & calculum moveat, numerumque col-ligat, quot anni sint abacti, dum mons dimidiis, & dum totus abeat, sic ab angelo talente ablatas. Nos qui-dem vix aliter istud capimus, ac si nullus esset omnino fururus finis. Sed errat gravissimè imaginatio nostra, & halucinatur turpiter in eo, quod non artis potest as-sequi. Re vera istius tanti montis ultimum tandem nu-meraretur granum. At AETERNITAS longitudi-ne incomparabili excedit, (nihil certius) quia finiti Finiti ad ad infinitum nulla est comparatio, proportio nulla. infinitum Nullos admittit limites AETERNITAS, nullos fines: er-go damnati tam longo tamque incomprehensibili an-norum spatio utentur in aeternis flammis, dum mons tantae magnitudinis, dicto modo posset aliud transferri. Sed tantum abest ut eo tempore futurus sit tormentorum modus & finis, ut tunc dici possit, jam primum incipit AETERNITAS; nihil decessit AETERNITATI, adhuc est integra. Post mille annos, post centum millia annorum, necdum finis, nec medium, nec principium est AETERNITATIS, sed ejus mensura est SEMPER.

Eandem hanc Arithmetices rationem circa Aeternitatis negotium eodem prorsus sensu verbis paullo aliis, hujus avi Theologus explicat, quae tibi, Lector, omnia integrè & bonà fide admetiar, neque enim haec unquam satis aut dici, aut commendari, aut incalcari possunt. Vide, inquit, quam longa sit Aeternitas quamdiu regna-bit Deus

Mensura
aeternitatis
est semper.